



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 5. Declaratio circa Ordinem Oratorum in Concilio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.  
A C. 1563.

Postquam hoc decretum fuerat prælectum recitabatur aliud, quod catalogum librorum prohibitorum, Catechismum, Breviarium, & Missale concernebat his conceptum verbis: „Sacrosancta Synodus in secunda Sessione sub sanctissimo Domino nostro Pio quarto celebrata delectis quibusdam Patribus commisit, ut de variis censuris, ac libris vel suspectis, vel perniciosis, quid facto opus esset, considerarent, atque ad ipsam sanctam Synodum referrent, audiens nunc, huic ab eis extremam manum impositam esse, nec tamen ob librorum varietatem, & multitudinem distincte, & commode possit a sancta Synodo dijudicari; præcipit, ut, quidquid ab illis præstitum est, sanctissimo Pontifici exhibeatur, ut ejus judicio, atque auctoritate terminetur, & evulgetur: idemque de Catechismo a Patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de Missali, & Breviario fieri mandat.

§. V.

*Declaratio circa Ordinem Oratorum  
in Concilio.*

Postea prælegebatur declaratio circa ordinem, quem Oratores in Synodo tenebant, ut exinde nullum jus, aut damnum aliis contra Principum jura, & præ-

& prærogativas oriatur: porro hæc de-  
 claratio istis verbis erat proposita: de-  
 „clarat sancta Synodus ex loco assignato  
 „Oratoribus tam Ecclesiasticis, quam  
 „sæcularibus, in sedendo, incedendo,  
 „aut quibuscunque aliis actibus, nul-  
 „lum cuiquam eorum factum fuisse præ-  
 „judicium, sed omnia illorum, & Im-  
 „peratoris, Regum, & Rerumpubli-  
 „carum, ac Principum suorum jura,  
 „& prærogativas illæfas, & salvas esse,  
 „in eodemque statu permanere, prout  
 „ante præsens Concilium reperiabantur.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1563.

§. VI.

*Decretum de Synodi decretis recipien-  
 dis, atque observandis.*

**P**rius hoc decretum excipiebat aliud, *Pallav. n. 6*  
 quod a Lotharingio, & Madrutio  
 Cardinalibus cum summa maturitate,  
 ac omnibus verbis serio perpensis con-  
 fectum Synodi acceptionem, atque  
 executionem concernebat: in hoc au-  
 tem labore ambos hosce Cardinales ju-  
 vabant Antonius Augustinus celebris  
 Canonum Doctor, atque Ilerdensis Epi-  
 scopus, necnon Didacus Covarruvias  
 Civitatis Castellanzæ Episcopus: porro  
 hoc decretum erat sequens: „Tanta fuit  
 „horum temporum calamitas, & hæ-  
 „reticorum inveterata malitia, ut ni-  
 „hil tam clarum in fide nostra asserenda  
 „unquam